



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

c. 14. Sicut in vno.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

Volunt igitur & mandamus, & in virtute A  
obediencie districtè precipimus, vt ad hæc effica  
citer exequenda Episcopi per dioceses suas dili  
genter inuigilent, si canonicam velint effugere  
vitionem. Si quis enim episcopus, super expur  
gando de sua diocesi hæretice prauitatis semen  
to negligens fuerit, vel remissus; cum id certis in  
dicis apparuerit ab episcopali officio depona  
tur, & in locum ipsius alter substituatut idoneus  
qui velit, & possit hæreticam confundere prau  
tatem.

C O M M E N T. XII.

EXcommunicamus. Edidit Innocentius  
Eius Concilio generali Lateranen. hoc copiosè  
edictum aduersus hæreticos, eorumque fautores an  
no Domini MCCXX. in quo potissimum tres pœ  
nas eis irrogat. Vnam spiritualem, videlicet, exco  
municacionem: alteram corporalem, cum possint nisi  
resipiscant, tradituræ seculari, vltimo supplicio af  
ficiendi: tertiam item vitæ afflictiuam, nempe bo  
norum confiscacionem.

Nec putandum est hic primum pœnam exco  
municacionis in hæreticos latam; nam omnium pœna  
rum, quibus hæretici coercentur, hæc antiquissima  
est, à Christo iam lata Matth. cap. 18. ibi: Si Ecce  
siam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, &  
publicanus, & diuinus Paulus ter legitur exco  
municasse, primum, Corinthum fornicarium primo  
ad Corinth. c. quinto. Rursus Alexandrum, & Hy  
menæum ob blasphemiam. 1. ad Timoth. c. primo.  
Tandem hæc pœna idem Apostolus omnes hæreti  
cos docuit coerendos, ad Titum c. 3. Item sanctus  
Iohannes, 2. epistola canonica. Tradit Martinus ab  
Ayala olim Archiepiscopus Valentini in li. de  
Ecclesiasticis traditio. par. 3. artic. 6. Dissertu Lat  
tissime lib. 2. de pœnis hæreticorum.

Qui autem inuenti fuerint sola suspicione  
notabiles. Ergo contra suspectos de hæresi, tamen si  
hæretici verè non sint, Inquisitores procedere pos  
sunt. Sed an leuis suspicio sufficiat, questio est: &  
Repertorium verbosè suspectus. Si itè nota. & Matth.  
Afflictus in constitutione, seu consuetudine, & Carre  
rus de hæret. nu. 116. leuem suspensionem sufficere  
voluerunt, non tamen ad condemnationem, & pu  
nitionem, sed vt ex leui suspicione ad examinatio  
nem, inquisitionem, & veritatis indagacionem per  
ueniatur, & leuiter suspecto ad eluendam huiusmo  
di suspensionem etiam abinuatatio vel purgatio iniun  
gatur, vt docet Emericus p. 2. q. 55. nu. 9. & seq.

Ceterum his leuibus suspitionibus non est vbi  
que credendum in tam grani delicto, & prudentia  
opus est, & iuxta qualitatem personarum erit iudi  
candum, vt prudenter monuit Simancas in Enchy  
ridio violatæ religionis, titu. 41. nu. 8. sed his plura  
Emericus hac 2. p. q. 55. & 56. vbi, & nos multa  
tradidimus. Hoc est certum, ad nullius capturam  
veniendum esse ex his tantum indicijs aut delictis,  
quæ leuiter solum redderent quempiam suspectum,  
propter insigne honoris detrimentum, quod in hoc  
crimine sola captura asserre dignoscitur, vt susius  
scripsi infra p. 3. super ques. 59.

Gregorius IX. Archiepiscopo  
Mediolanen.

Laici cuiuscunque professionis sint, predicare  
non debent.

C A P. XIII.

ICVT in vno corpore, & infra. Cū  
igitur nonnulli laici predicare præsu  
mant, & verendum nimis existat, ne  
vicia sub specie virtutum occultè sub  
intrent; Nos attendentes, quod doctorum ordo  
est in Ecclesia Dei, quasi precipuus: Mandamus  
quatenus cum alios Dominus Apostolos dede  
rit, alios prophetas, alios vero doctores, interdi  
cas laicis vniuersis, cuiuscunque ordinis censean  
tur, vsurpare officium prædicandi:

Idem.

Hoc cap. vsque ad §. si qui autem habetur in ca.  
excommunicamus, supra co. tit. in prin. vnde sum  
ma, & declarata, prout ibi fuit dictum.

C A P. XV.

EXcommunicamus & anathema  
tizamus vniuersos hæreticos; Ca  
tharos, Patarenos, Pauperes de  
Lugduno, Passaginos, Ioslepinos,  
Arnaldistas, Speronistas, & alios,  
quibuscunque, nominib. censeantur, facies quidè  
habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colliga  
tas: quia de uanitate conueniunt in idipsum. Dã  
nati vero per Ecclesiam seculari iudicio relin  
quantur, animaduersione debita puniendi: cleri  
cis prius à suis ordinibus degradatis.

Si in hæresi deprehensi volunt redire ad fidem,  
detrudendi sunt in perpetuam carcerem ad peni  
tentiam peragendam, & credentes erroribus hæ  
reticorum, hæretici sunt, hoc dicit.

Si qui autem de predictis, postquam fuerint  
deprehensi, redire voluerint ad agendam condi  
gnam penitentiam, in perpetuum carcerem de  
trudantur. Credentes autem eorum erroribus,  
hæreticos similiter iudicamus.

Idem.

Liberantur ab omni obligatione, qui hæreticis te  
nebantur adstricti.

C A P. XVI.

ABSOLVIOS se nouerint à debito  
fidelitatis domini, & totius obsequij,  
quicunque lapsis manifestè in hæresim  
aliquo pacto quacunque firmitate vallato, tene  
bantur adstricti.

126 Martin  
Marinus V.  
quodam re  
scripto, inci  
Inter cunctas  
& habetur in  
vit. sed. c. ci.  
Constan.

Quis pgi  
na inbrexi  
cos hic laz.

2. Tim.  
Rom. 10.

Præ erit  
cacioni hæ  
reticis sati  
quidem.

Cõtra susce  
ptor peccat  
Inquisitor.

Ex leuib. su  
spicionib. nõ  
facile proce  
dendum.

Concor. tex.  
in c. cum ex  
inuncto, su  
pra co. tit.

1. Cor. 12.  
Ephes. 4.

1. Cor. 12.  
Ephes. 4.  
Godof. hunc  
locu illustrat

1. Vide Eym.  
3. p. q. 93.

1. In antiquis  
codicibus cõ  
stanter legi  
tur homini